



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De Eucharistia ud informos deferenda notæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Num rem teneat alienam restitutioni obnoxiam, Num publica illi cum aliquo inimicitia intercedat; Num denique famam alicuius læserit.

1.

2.

3.

De alieni
restitutio-
ne.

VI. Si alieni quippiam retinet, seriò admonendus est, ut id quàm primum restituat, neq; negotium tantopere ad salutem necessarium hæredibus committat, nisi fortè res sit dubia, quæ ipso viuente declarari non possit, hoc enim casu suffecerit testamento vel codicillo statuere, ut re declarata continuò restitutio fiat. Idem faciendum cum debitum certum quidem est & liquidum, sed in potestate infirmi non est statim reddere.

VII. Si inimicitiam publicam aduersus aliquem fouit aut etiamnum fouet, hortandus est, ut ex animo nõ solum ignoscat, verum etiam id se facere coram sacerdote & vicinis astantibus palam profiteatur. Secreta dissidia secretè sunt componenda: Monebit etiam ut ad veniam petendam mittat, si quempiam offendit.

De inimi-
citia publi-
ca vel se-
creta.

VIII. Quòd si famam alicuius læsit, & ad restituendam eam teneatur, diligenter curabit Sacerdos, ut eam quo potest modo, per se aut per alium verbo vel scripto restituat. Hæc ipsa si præstare recuset, ab absolutione, & aliorum sacramentorum administratione abstinendum.

De famæ
restitutio-
ne.

DE EVCHARISTIA AD INFIRMOS DEFERENDA NOTÆ QUÆDAM.

Sacerdos diuinissimum hoc sacramentum ad infirmum delaturus superpelliceo & stola indutus esse debet.

Sacerdotis
vestitus.

II. Sacerdoti custos aut alius vicem eius gerens similiter super-

Minister &
eius offi-
cium.

superpelliceo amictus adsit oporteat, vnà cum aqua benedicta ac rituali libro, qui & lumen præferat & campanulæ sonitu fideles cõuocet, tum ad præcellsum hoc sacramentũ adorandũ, tum ad infirmum precib. Deo cõmendandum.

III. Verũ luminis, tintinnabuli, vestiumq; clericaliũ vsus prætermitti potest, cùm est per loca aspera, & prædonibus infesta iter faciendum. Sunt eo casu non plures hostiæ sumenda, quàm infirmorum numerus postulet.

Quomodo
Euchar. ad
infirmos
deferenda.
Concil. Pro-
uincie Anno
1536. part. 7.
cap. 16.
Stat. Sifridi
e. pag. 41.

IV. Pastores vt exemplo suo alios ad cultum, & veneratio- nem tanti sacramenti inuitet, honorificè illud ante pectus, cum omni reuerentia & timore gestent, à vana oculorũ iactatione, risu, fabulisq; abstineat, nudo capite, si cœli faueat clementia, incedant, obuium neminem salutent, psalmos verò poenitentiales aliaq; preces deuotè recitent.

Comites &
obuij cum
defertur
sacra. vt se-
gerent.
Stat. Sifridi
ibidem.

V. Moneat in super per se vel per alios fideles, & imprimis ægroti vicinos, vt frequentes magnaq; cum fide & pietate maiorum more sacramentũ deducant atq; reducant, obuiũ genibus flexis, manib; iunctis & capite inclinato reuerenter adorent, equites, vt ex equo descendant, ac illum, qui pro ipsorum salute è cœlo descendit, proni venerentur.

Domestici
infirmi
quorum.

VI. Hortentur præterea ægroti domesticos, vt in cubiculo in quo decumbit mensam ponant, albo nitidoq; linteoftratam, & accenso careo illuminatam, in qua hierotheca Eucharistiæ honestè collocari possit.

Quibus æ-
grotis Eu-
charistia
non exhi-
benda

VII. Ægrotis sensuum, atque rationis vsu destitutis vsque adeo, vt sacramentum agnoscere nequeant, porrigere minimè cõueniet. Quemadmodũ nec illis, qui citra vomitus periculum recipere non possunt. Vtrisq; suffecerit spiritaliter

taliter manducare, hoc est, Angelorum huic panem sibi ostensum, voto viuaque fide, quæ per dilectionem operatur sumere, atq; ita fructum eius ac vtilitatem consequi.

Concil. Trid. sess. 13. decret. de re-form. cap. 8.

VIII. Meminerit Parochus Eucharistiam nemini porrigendam, nisi per sacramentum poenitentiae reconciliato.

IX. E idem infirmo in eadem infirmitate communicare sæpius licet, quemadmodum & ijs, qui à festo Palchæ, in quo communicarunt statim in morbum incidunt, vtrique siquidem vtiliter petunt & accipiunt.

*Communi-
o in fir-
mo u fre-
quentate.*

**MODVS COMMUNI-
candi infirmum.**



Acerdos cum eo, qui præscriptus est modo, ad infirmum peruenerit dicat: **Verf.**

Pax huic domui. **Resp.** Et omnibus habitantibus in ea.

*Oratio sa-
cerdotis
ingressi ad
infirmum.*

I. M. ox reuerenter deponat hierothecam in menta ad eum vsu præparata accedensq; ad infirmum aspergat eum aqua benedicta, omnesque astantes cum his verbis.

Asperges me Domine hyssopo & mundabor lauabis, &c. **Deinde dicat:**

Verf. saluum fac seruum tuum (saluam fac ancillam tuam.)

Resp. Deus meus sperantem in te.

Verf. Mitte ei auxilium de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eum (eam.)

N

Verf.